



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 12. Iudicia per aquam feruentem prohibita esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

coram aqua ipsa, suam deplorant calamitatem, palam, quod peierarant, profitentes. Alij vatici fontes, è pluribus alijs scriptoribus, afferuntur, sed vel fabulosi sunt, vt dixi, vel superstitionis. Tametsi enim negari non potest, quibusdam aquis, supra naturæ indolē ac potestatem, ad impios plectendos, vel à Deo inditam vim prodigiosam, vel à Sanctis extraordinariam virtutem impetratā, simum tamen Dei agere conatur ubique diabolus; qui in mancipijs suis superbiam amans, non modestiæ & humilitatis virtutem, sed miraculorum splendorem, quo Sancti claruerunt, æmulatur.

§. XII.

Iudicia, per aquam feruentem, prohibita esse.

Qua de causa, An. DCCCL. XXXV.
Stephanus V. Pontifex Romanus Humber-
to Moguntino Episcopo respondit in hunc
modum. *Consulisti de infantibus, qui in uno lecto dormientes, cum parentibus, mortui repe-
riuntur, utrum ferro candenti, aut aqua fer-
nente, aut alio examine huiusmodi parentes se purificare debeant, eos non oppresisse. Monendi
sunt namq, protestandi parentes, ne tam tenellas secum in lecto collocent, ne negligentia*

*Ex Grati-
ano. 2. q. 5.
e. Consu-
liisti. Al-
fōs. Ciac-
con. de
gestis Ste-
phanī V.*

Q quali-

210 Cap. VIIII. Iudicia Dei iusta,
qualibet proueniente suffocentur, vel oppriman-
tur, unde ipsi homicidij rei inueniantur. Nam
ferricandentis, vel AQVÆ feruentis ex-
aminatione confessionem extorqueri a quolibet,
sacri non censem Canones. Et quod, SS. Pa-
trum documento, sancitum non est, supersticio
ad inuentione non est presumendum. Spontanea
enim confessione, vel testium approbatione pu-
blicata delicta, habito præ oculis Dei timore,
comissa sunt regimini nostro judicare. Occul-
ta verò & incognita illi sunt relinquenda, qui
solus nouit corda filiorum hominum.

§. XIII.

Quibus formulis, aut legibus, judicium si-
persticiosum, per aquas, fuerit olim
permisum?

Hæc diligenter obseruanda sunt ijs, qui
vel naturæ ignorat vires, vel miracula am-
biunt, vel DEVVM tentare non verentur. Fa-
teor, apud antiquos exempla reperiri. Sed
ea si lex non damnat, sola vel simplicitas
sancta, vel diuina inspiratio; vel hominum
piorum alma fides, ac religio miraculis di-
gnæ excusat. Ut enim laminis cädentibus,
quibus inambulauit S. Kunegūdis, Henrico
suam virginitatem probatam fecit; ita ali-
feruentibus aquis illæsi Fidei integritatem
testari